

(3)

BREVISSIMVS
CATECHISMVS
CATHOLICVS

Omnia, quæ Christianum ad æternam animi salutem
consequendam credere, & facere
oportet, complectens:

D. AVGVSTINO HVNNAEO AVTHORE:
PER UNICO SCHEMATE COMPREHENSVS,
atque ita in lucem editus, diligenter recognitus, & in libelli formam ad commodiorem
inuentus usum auctore eodem redactus.



CUI RECENS ACCESSIT EORVM SVMMÆ THEOLOGICAE
B. THOMAE AQVINATIS locorum,
IN QVIBVS PRAECIPVAE ISTIVS CATECHISMI
materiæ permultis usque dilucidis ac firmis argumentis tractantur, notatio.



AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ . 1582.
Permissu, quorum interest.

(3)

BREVISSIMVS
CATECHISMVS
CATHOLICVS

Omnia, quæ Christianum ad æternam animi salutem
consequendam credere, & facere
oportet, complectens:

D. AVGVSTINO HVNNAEO AVTHORE:
*PER UNICO SCHEMATE COMPREHENSVS,
atque ita in lucem editus; diligenter recognitus, & in libelli formam ad commodiorem
inuentus usum auctore eodem redactus.*



CVI RECENS ACCESSIT EORVM SVMMÆ THEOLOGICÆ
B. THOMÆ AQVINATIS locorum,
IN QVIBVS PRÆCIPVÆ ISTIVS CATECHISMI
materiæ permultis iisque dilucidis ac firmis argumentis tractantur, notatio.



AVGVSTÆ TA VRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ . 1582.
Permissu, quorum interest.



AMPLISSIMO ET ORNATISS.

VIRO DOMINO VIGLIO ZVICHEMO AB AYT-

TA, PRIMO S.BAVONIS APVD GENDENSES

Præposito, supremique Senatus Belgici Præsidi clarissimo, & illustrissimi ordinis auro-
velleris Cancellario præstantissimi. Aug. Hunnaeus.

S. P. D.



NUPER, Præses amplissime, cum ea quæ nobis à Regia catholica
Maiestate, tuo suasu atque consilio demandata fuerat Catechis-
mi prælegendi prouincia perfuncti essemus, nouaque nobis (sen-
tentias videlicet Theologicas profitendi) esset commissa, nostro
munere (vt iudicabamus) & discipulorum nostrorum utilitate po-
stulante, vniuersam Catechismi Catholici doctrinam in vnum
Schema breuiter coniectam, omnibus, vt probè nosti (quippe cu-

ius nominis splendore commendatum in lucem id schema prodierat) vno aspectu in-
tuendam contemplandamque præbueramus.

Postea verò aduertentes (quod & grauiorem virorum admonitione nobis est si-
gnificatum) istius generis schema a, prouectioribus quidem ad prima Christianæ
Religionis rudimenta recolenda magno vsui esse, dum parietibus affixa vniuersam
Catechismi doctrinam omnibus vno aspectu intuendam contemplandamque præ-
bent; sed incommo dum eorum in scholis vsu, nos exemplo Pauli Apostoli, cupien-
tes omnibus omnia fieri vt omnes lucrifaceremus, eandem doctrinam his natalitiis
festis, quibus à Sententiarum Theologiarum grauissima professione feriamur; dili-
genter recognitam in libelli formam conuertimus, vt omnes ex ea (iuniores quidem
sub hac forma, reliqui autem natu grandiores, vel sub hac, vel sub schematis figura)
lscutarem fructum percipere possint.

Quantum præstiterimus, tum in hac, tum in priori schematis editione; tuum, alio-
rumque eruditorum & piorum virorum esto iudicium.

Nos cerè sedulo in eam incubuimus curam, ne quid præmitteremus, quod in
aliorum multò prolixioribus de hoc eodem argumento editis libris, scitu necessariū
aut cognitu magnoperè dignum extaret.

Cum autem huius libelli doctrina iam semel sub tui nominis splendore, publicæ
lucis discrimen feliciter subierit, propter tantillam, quæ in ea nunc facta est externi
habitus mutationem, alium illi patronum non putauimus quarendum.

Accipies igitur, ornatisime Præses, hilari fronte hanc nostram lucubratiunculā,
per exiguam quidem si ipsa per se expendatur, si tamen præsentium temporum condi-
tio spectetur, longe vtilissimam & quæ tui nominis auctoritate muniatur (nisi nostra
nos fallat opinio) dignissimam: nostrorum autem laborum mercedem abunde ma-
gnam nos consecutos existimabimus, si eos tibi gratos fuisse, & afficte grauiterque la-
boranti Ecclesie aliquam opem attulisse intellexerimus.

Deus Opt. Maximus V. R. amplitudinem nostræ Reip. Belgicæ moderandæ, litera-
rumque tum sacrarum tum profanarum studiis studiosisque (vt iam cæpit collegio
duodecim adolescentibus alendis hic destinando, & magnificè dotando) promouē-
dis, quam diutissime inco lumen seruare dignetur. Vale. Louanii Kalend. Ianuarii;
anno a Christi Seruatoris nostri natiuitate MD. IO. LX X.



Catechis-
mus hic
ano 1565
primū scri-
ptus est,
grassant
bus in Bel-
gio no-
stro ico-
noclastis

Præsentis libelli scopus est,
non grassantium nunc icono-
clastarum, aut aliorum quorū-
cunque: hæreticorum proli-
xa disputatione falsa dogma-
ta confutare, neque etiam ca-
tholica & salutaris doctrinæ
veritatem argumentis accura-
tè conquisitis illustrare aut
propugnare, sed nudè & summatim prima duntaxat
& scitu maximè necessaria: sincera & genuina; tam
de agendis, quam de credendis doctrinæ Christianæ
capita, conuenienti inter se ordine digesta, (insertis
interim sibi res postulare videbatur, breuibus con-
uenientibusque annotationibus seu admonitionibus)
complecti, vt eius adminiculo quisque Christianus
Catholicus, suæ professionis & doctrinæ Ecclesie ca-
tholicæ summa capita facile mente memoriaque cō-
prehendere, & vt ad ea ita comprehensa iuniuersa vi-
ta suæ cursum, in diuitis, factis, atque cogitationibus
moderando Deo debitum officium persoluere, ac si-
bi aeternæ vitæ felicitatem comparare queat.

Catholici autem nomine (vt istud hic obitet ad mo-
neam) eum intelligo, qui baptismatis Sacramento ini-
ciatus Iesu Christi veri Dei atque hominis salutare
doctrinam in eius Ecclesia profitetur, neque sectis vl-
lis, aut opinionibus ab Ecclesia Catholica reproba-
tis, adhæret.

Catholicæ autem Ecclesie nomine, intelligo per-
spicuum & sensui expositum cœtum illorum, qui bap-
tizati veram sinceramque Christi fidem profitentur
& a se B. Petri successori Romano Pontifici vt Chri-
sti in terris Vicario subiectos agnoscunt.

Quæ quidem vera & germana Dei Ecclesia, ab a-
liis falsò sibi hoc nomen vendicantibus, in symbolo
à patribus primi Constantinopolitani Concilii edito
his quatuor fecerunt notis: quod sit vna, sancta, ca-
tholica & Apostolica. Estque istius Ecclesie tanta di-
gnitas, vt sicut extra arcam Noe, nemini in diluui-
o corporis vitam conseruare licuit: ita extra istam Ec-
clesiam ad aeternam animi vitam conseruandam ne-
mini pateat accessus. Quæ propter quicumque sui ani-
mi aeternæ salutis consulum velit, intra huius Eccle-
siae fines, omni cura atque diligentia se contineat.

a Se B. Petri successori. De primatu Petri, Sup. q. 49. 6. & 22.
q. 19. c. f. & 17. q. 8. 6. c.
An omnes sint schismatici, qui summo Pontifici subesse renu-
nt 22. q. 19. c. f. & Sup. q. 49. 6. c.
b Vna) quomodo Ecclesia dicitur vna, 22. q. 18. 3. 2. 1. m.

DOCTRINAE CATECHISMI CATHOLICI PARTITIO.

Catechismi Catholici doctrina est quintu-
plex: videlicet, D: c Fide,
d Spe,
Charitate,
f Iustitia Christiana, &
g Sacramentis.

e De fide, 22. q. 1. & 15. sequentib.
d De spe, 22. q. 17. & 4. sequent.
e De charitate, 22. q. 17. & q. sequent. vsq. ad 47.
f De iustitia Christiana & interiore. 12. q. 113. 1. c.
De iustitia, vt est virtus cardinalis, 22. q. 18. 0.
g De Sacramentis, 3. q. 60. & sequent. vsq. ad finem, & sup. q. 1.
vsq. ad q. 69.

Fides est virtus à Deo infusa, lumine quodam di-
uino ita hominis animum collustrans, vt firmiter as-
sentiat iis omnibus, quæ ad veram sanctamque Re-
ligionem spectantia, Deus verbo suo reuelauit, & ho-
minibus ad vitam aeternam consequendam, creden-
da proposuit; siue sint, siue non sint sacris literis ex-
pressa.

De fide,

Fides quid? 22. q. 1. 0.
Fides est virtus. An fides sit virtus? 22. q. 4. ar. 5. 0.
Fides est virtus a Deo infusa. An fides sit homini infusa à Deo?
22. q. 6. 1. 0.
Lumine quodam diuino) Quo lumine illustratus homo credit?
22. q. 4. ar. 3. m. & q. 2. 3. 2. m.
Vt firmiter assentiat. Assentiri quid? 22. q. 2. 1. 3. m.
An actus fidei sit firmus assensus? 22. q. 2. 1. c.
An fides sit certior scientia & aliis virtutibus intellectualibus?
22. q. 2. 4. c. & q. 4. 8. 0.
Iis omnibus, quæ ad veram sanctamque religionem &c.) Quæ
sunt fide tenenda, 22. q. 1. 1. 0.
An omnia sint fide tenenda quæ Ecclesia tanquam credenda pro-
ponit? 22. q. 5. 3. c. potissimum.
Credenda proposuit) quomodo Deus credenda reuelat, media
tè an immediate, 22. q. 6. 1. c. prin.

(docendū ar) vt perfectus sit
Scripturā q̄ quendū coi } homo Dei, ad
diuinitus in } upiedū eru } omnē opus bō
n- Dei } spirata, vti- } diendum in } nū instructus }
bis est ad } iustitia. } 2. Tim. 3.
distri- } Traditiones, quæ licet in nullo quidē sacra-
buitur } scripturæ libro expressè & syllabatim pos-
videli- } te, sunt, diuinitus tamen sunt traditæ, & reli-
cet, in } giosè vnā cum scriptura tenendæ, dicente
Apostolo, Fratres, tenete Traditiones quas
didicistis, siue per sermonem, siue per epi-
istolam nostram 2. Thessal. 2.

In iis autem, quæ primum christiani homines tene-
re debent, præcipuum obtinet locum duodecim Sym-
boli Apostolici partes, articuli fidei vulgò appellatæ.

Duodecim symboli Apostolici partes.) A) credibilia sunt per cœ-
tos articulos disting. cœnæ 22. q. 1. ar. 6.
An conueni- nter art. culi fidei eoumei entur? 22. q. 1. ar. 8
An cōueniēter articuli si lei in symbolo ponātur? 22. q. 1. ar. 9. 0
Ad quæ m perinet fidei sym. bolun. ordinare? 22. q. 1. ar. 10. 0

Quarum prima est,

Credo in Deum patrem omnipotentem, Crea-
torem cali & terra.

II.

Et in Iesum Christum filium eius vnicum Do-
minum nostrum.

III.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex
Maria virgine.

III.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus
& sepultus.

V.

Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à
mortuis.

VI.

Ascendit ad calos, sedes ad dexteram Dei pa-
tris omnipotentis.

VII.

Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

VIII.

Credo in Spiritum sanctum,

IX.

Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum cō-
munionem.

X.

Remissionem peccatorum;

XI

Carnis resurrectionem.

XII.

Vitam eternam. Amen.

Credo) Quid credere? 22. q. 2. 1. o. In Deum. Quomodo distinguantur credere Deo, credere Deo & credere in Deum, 22. q. 2. 2. o. Deum. De Deo. 1. q. 2. vsque ad q. 44. m. Vtrum Deus sit unus? 2. q. 11. 3. & 4. vtrum in diuinis sit trinitas? 2. q. 31. 1. o. An credere trinitatem explicite sit de necessitate salutis? 22. q. 2. 8. o. Patrem. De persona patris, 1. q. 33. o. Omnipotentem. De potentia Dei, 1. q. 26. o. Cur potentia quæ communi. est toti trinitati, appropriatur patri? 1. q. 39. 8. c. circa med. Cur creare, efficere, siue ex quo tribuitur patri? ibidem. De creatione rerum, 1. q. 44. & seq. De scientia Dei, quæ est causa rerum, 1. q. 14. o. De voluntate Dei, quæ etiam causa rerum est, 1. q. 19. 2. o. De providentia Dei & eius partibus, 1. q. 22. & 23. o. De gubernatione rerum, 1. q. 103. vsque ad q. 106. Cæli & terræ, De angelis, 1. q. 50. vsque ad q. 55. m. De opere creationis creaturæ corporalis, 1. q. 65. 2. vsq. ad 75. m. De homine, 1. q. 75. 2. vsque ad quæsit. 03. m. Et in Iesum. An credere explicite mysterium Christi sit de necessitate salutis, 22. q. 2. 7. o. De nomine Iesu, 1. q. 17. 2. o. An alio modo possimus saluari quam per Christum? 22. q. 9. 1. 5. 2. m. & 22. q. 2. ar. 7. c. Filium eius. De persona filii, 1. q. 34. & q. 35. vnicum. Quomodo Christus sit filius vnicus patris, 1. q. 41. 3. c. & 1. q. 3. 2. m. Qui conceptus est de Spiritu sancto. De incarnatione Christi, 3. q. 1. & sequent. vsque ad q. 40. m. Cur Christi conceptio attribuitur Spiritui sancto? 3. q. 32. 2. c. potissimum. An Christus debeat dici conceptus de Spiritu sancto? 3. q. 32. 2. o. De modo & ordine conceptionis Christi, 3. q. 33. o. Natus ex Maria. De nativitate Christi, 3. q. 35. o. An B. Maria sit vera & naturalis mater Christi? 3. q. 35. 3. o. An B. Maria sit mater Dei? 3. q. 35. 4. o. virgine. De virginitate B. Mariæ, 3. q. 38. o. Passus. De passione Christi, 3. q. 46. vsque ad 50. Sub Pontio Pilato. Cur Christus voluit pati à gentilibus? 3. q. 47. 4. c. & 1. m. An Pontius Pilatus tradens Christum crucifigendum omnium maxime peccauerit? 3. q. 47. 6. 2. m. Crucifixus. Cur conueniens fuit Christum in cruce pati? 3. q. 46. 4. c. potissimum. Mortuus. De morte Christi, 3. q. 50. o. Sepultus. De sepultura Christi, 3. q. 51. o. Descendit ad inferos. De descensu Christi ad inferos, 3. q. 52. o. 3. die resurrexit à mortuis. De resurrectione Christi, 3. q. 53. vsque ad 57. m. An fuerit conueniens Christum tertia die resurgere? 3. q. 53. 2. o. Ascendit ad celos. De ascensione Christi, 3. q. 57. o. Sedit ad dexteram De patris. De sessione Christi ad dexteram patris, 3. q. 58. o. Inde venturus est iudicare. De iudicaria potestate Christi, 3. q. 59. o. & Sup. q. 89. & 90. Credo in spiritum sanctum. De persona Spiritus sancti, 1. q. 36. q. 17. & q. 38. Cum sit eadem notitia Patris & Filii, & Spiritus sancti, cur traditur de illis diuersi articuli? 22. q. 1. ar. 8. 2. 3. m. An spiritus sanctus sit Deus? ibidem, & 1. q. 27. 1. c. Sanctam Ecclesiam. Quorum hominum Christus sit actu caput, 3. q. 8. 3. 2. m. potissimum. An corpus Ecclesie mysticum consistat ex hominibus & Angelis, ex viatoribus & beatis? 3. q. 8. 4. c. 2. m. An sit una Ecclesia omnium fidelium noui & veteris Testamenti? 3. q. 8. 3. 3. m. Sanctorum com. An sit sanctorum communio in Ecclesia? 1. q. 23. 6. 1. m. fi. & Sup. q. 23. 1. c. & 2. 5. m. Remissionem peccatorum. An remissio peccatorum sit in Ecclesia? 22. q. 20. 2. c. & 3. m. An per baptismum tollantur omnia peccata? 3. q. 69. 1. o. An per sacramentum Eucharistie remittantur peccata? 3. q. 79. 3. & 4. An per penitentiam remouantur omnia peccata? 3. q. 86. 3. De remissione venialium peccatorum, 1. q. 70.

An potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ? Sup. q. 18. 1. o. Carnis resurrectionem. De resurrectione in fine mundi futura, 3. q. 53. 1. c. & q. 56. 1. o. & Sup. q. 75. vsque ad q. 82. m. vitam eternam. De receptaculis animarum post carum mortem, Sup. q. 69. o. De libro vitæ, 1. q. 24. An aliquis deleatur de libro vitæ? 1. q. 24. 2. o. De beatitudine æternæ, 1. q. 2. 2. vsque ad q. 5. m. An homo in gratia constitutus possit mereri vitam æternam? 1. q. 11. 5. 3. o. An beatitudo semel habita possit amitti? 22. q. 5. 4. o. & 1. q. 14. 3. o. De visione diuinæ essentia, 1. q. 12. o. & Sup. q. 92. o. De sanctorum beatitudine & eorum mansionibus, Sup. q. 93. o. De dotibus beatorum, Sup. q. 95. o. De aureolis, sup. 99. o. De pena damnatorum, sup. q. 97. vsque ad finem. Hoc symbolum veram dei, diuinarumque rerum cognitionem, quæ ad bene beateque viuendum cui que necessaria est, breuiter ac dilucide ob oculos ponens, recte quoque in tres partes distribuitur: Prima, diuinæ naturæ persona prima & mirabile creationis opus describit: quod fit ar. primo. Altera, diuinæ naturæ secunda persona, & humanæ redemptionis mysterium exprimit; quod fit per sex sequentes articulos. Tertia, ad finem vsque Symboli, de tertia in diuinis persona agit, quæ caput & sôls est omnis sanctitatis, per quæ Ecclesia peccatorum remissione accepta, sanctorum reddi tur, & gloriosam in posterum carnis resurrectionem, vitamque æternam circò expectat. Sex sequentes ar.) Cur plures articuli ponuntur circa Personam Filii & Spiritus sancti, quæ circa personam Patris, 22. q. 1. ar. 8. 4. m.

D E S P E

Spes est virtus diuinitus infusa, quæ homo fidelis in præsens quidem seculum bona salutaria, in posterum vero ipsam salutem æternam firma cum fiducia expectat. Hæc virtus exercetur precatione potissimum, cuius perfectissimum exemplar est precatio Dominica. cuius partes sunt septem petitiones. Spes est virtus. An spes sit virtus? 1. q. 1. 1. o. Diuinitus infusa. An spes nobis à Deo infundatur? 1. q. 61. 1. c. & 3. Homo fidelis. De subiecto spei, 22. q. 18. o. In præsens quidem bona salutaria. An bona huius vitæ sint obiectum spei? 22. q. 7. 2. 2. m. In posterum vero ipsam salutem æternam. An æterna beatitudo sit obiectum proprium spei? 22. q. 17. 2. o. Firma cum fiducia expectat. An spes uiatorum habeat certitudinem? 22. q. 18. 4. o. Fiducia quid? 22. q. 129. 6. c. Expectat. An aliquis possit non solum sibi, sed & alteri expectare æternam beatitudinem? 22. q. 17. 3. o. De iustis oppositis spei, desperatione & præsumptione, 22. q. 20 & 21. o. Precatio Dominica. Precatio siue oratio quid? 22. q. 83. 1. c. De conuenientia, utilitate, & necessitate orationis, 22. q. 83. 2. o. & 3. 2. m. & 15. & 16. De partibus & gradibus orationis, 22. q. 83. 17. o. De ijs quæ petenda sunt, 22. q. 83. 5. & 6. o. Pro quibus orandum sit, 22. q. 83. 7. & 8. quis orandus sit, 22. q. 83. 4. o. quæ ratio in orando requiratur, 22. q. 83. 12. 13. & 14. quæ virtutes requirantur ad bonitatem orationis, 22. q. 83. 15. c. & 3. m. Præfatiuncula est hoc initium: Pater noster qui es in caelis. Septem verò petitiones sunt istæ; I. Sanctificetur nomen tuum. II. Adueniat regnum tuum. III. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Panem

III.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

V.

Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

VI.

Et ne nos inducas in tentationem.

VII.

Sed libera nos à malo. Amen.

Pater noster. Quomodo Deus dicatur pater noster, & nos eius filii? 2. q. 33. 3. c. Cur potius dicimus pater noster, quàm pater misericordis? 22. q. 83. 7. 1. m. Cùm Deus præueniat nos sua beneuolentia, cur igitur uideatur velle captare eius beneuolentiam, dicendo, Pater noster? 22. q. 83. 9. 5. m. Septem verò petitiones sunt istæ. An conuenienter hæ septem petitiones orationis Dominicæ assignentur? 22. q. 83. 9. c. Sanctificetur nomen tuum. Cùm nomen Dei sit semper sanctum, cur igitur petimus illud sanctificari? 22. q. 83. 1. 1. m. Adueniat regnum tuum. Cùm Christus nuoc regnet, & regnum eius sit sempiternum, quomodo petimus illud aduenire? 22. q. 83. 9. 1. m. Fiat voluntas tua. Cùm scriptum sit, Omnis uoluntas mea fiet, quomodo non est uanum petere, ut fiat uoluntas Dei? 22. q. 83. 9. 1. m. De duplici uoluntate Dei, beneplaciti & signi. 1. q. 19. 11. c. Quæ signa circa diuinam uoluntatem ponuntur? 1. q. 19. 12. o. Sicut in celo & in terra. Quid per celum & terram hic intelligatur. 22. q. 83. 9. 1. m. An dicat tres petitiones sine in hac uita implendæ? 22. q. 83. 9. 1. m. An quatuor sequentes petitiones in hac uita implendantur? ibidem. Panem nostrum quotidianum. Quomodo hæc petitio sit uilis ad beatitudinem? 22. q. 83. 9. c. circa med. Quidam intelligunt nomine panis nostri: quotidianum? ibidem. Et dimitte nobis debita nostra. Cùm quatuor præcedentes petitiones pertineant ad consequendum bonum, & tres sequentes spectent à motionem mali, & cùm prius sit recedere à malo quàm consequi bonum, cur igitur hæ tres sequentes petitiones ordine subsequantur quatuor primas? 22. q. 83. 9. 2. m. Sicut & nos dimittimus. An si aliquis non fuerit in remittere offensam, sine mendacio possit dicere hanc partem orationis Dominicæ? 22. q. 83. 16. 3. c. Et ne nos inducas. An hic petamus ut non tentemur, sed potius ut in tentatione non vincamur? 22. q. 83. 9. c. f. Sed libera nos à malo. Quidnam hic peccatur amoueri? 22. q. 83. 9. c. f. Cur B. Lucas hanc petitionem prætermittit? 22. q. 83. 9. 4. m. f.

Præfatiuncula illa, [Pater noster qui es in caelis,] nobis in memoriam reducit summum illud beneficium, quo nos Deus pater in gratiam recepit, ac propter Iesum filium in suos filios adoptauit.

In gratiam recepit. An per passionem Christi sumus Deo reconciliati? 3. q. 49. 1. o. In suos filios adoptauit. Quo Deus ex sua bonitate rationalem creaturam admittit ad beatitudinis hereditatem? 3. q. 3. 1. c. Cùm Christus sit naturalis filius patris, & adoptio sit introducta in defectum naturalis filii, quomodo Deo conuenit nos in filios suos adoptare? 3. q. 3. 1. 2. m. Quomodo adoptemur in filios Dei? 22. q. 11. 4. 3. c. f. Quæ sit differentia inter Deum adoptantem & hominem adoptantem? 3. q. 2. 1. c. f. Quæ sit differentia inter filium Dei adoptiuium & naturalé? 3. q. 2. 2. c.

Petitiones verò septem, ita distinguuntur: I. Reliquis tribus, maiori peccatis à nobis auertimus; II. Reliquis tribus, maiori peccatis à nobis auertimus; III. Reliquis tribus, maiori peccatis à nobis auertimus. I. diuinæ maiestatis honorem & gloriam. II. nostram felicitatem. III. obedientiam Deo debitam, corporis animæque sustentationem. I. peccata, II. tentationes ad peccatum pertrahentes, III. futuræ vitæ calamitates.

Huic precationi ut statim subnectatur Deiparæ Virginis matris salutatio, quæ Angelica dicitur, longo iam Christianorum usu recepta est, quæ sic habet. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uteris tui. Iesus Christus: Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

Prima ad Mariam uirginem eius commendanda causa ab angelo prolata est, uidelicet ista, Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Luc. 1. Secundam Elizabeth, ad filii laudem, adiecit, hanc nimirum, Et benedictus fructus uteris tui. Luc. 1. Tertiam Ecclesia adiunxit, cuius illud quidem [Iesus Christus] explanationis causa: illud uerò, Sancta Maria mater Dei ora, &c. ut non tantum laudandam, sed etiam inuocandam esse. B. Virginem nos moneret, adiecit. Ave gratia plena. Cur hic insolita salutatione saluauerit angelus B. Mariam? 2. q. 30. 4. c. prin. Gratia plena. De sanctificatione B. Virginis, 3. q. 27. quid angelus expressit dicendo Gratia plena, 1. q. 0. 4. c. prin. Cum plenitudo gratiæ sit propria Christo, quomodo B. Maria dicitur plena gratia? 3. q. 7. ar. 10. 1. m. & q. 27. 5. 1. m. An B. Maria in tota sua uita nunquam peccatum aliquod actuale admiserit? 3. q. 27. 4. o. Dominus tecum. An hic exprimat conceptus B. Mariæ? 3. q. 30. 4. c. Benedicta tu in mulieribus. Quid his uerbis angelus significare uoluit? 2. q. 30. 4. c. Et benedictus fructus uteris tui. An B. Maria sit uera & naturalis mater Christi? 3. q. 35. 3. o. An in Christo fuerit plenitudo gratiæ? 3. q. 7. ar. 9. & 10. Mater Dei. An B. Maria dicenda sit esse uera mater Dei? 3. q. 35. 4. o. Sed etiam inuocandam. An B. Maria præ cæteris sanctis omnibus sit honoranda & adoranda? 2. q. 25. 5. c. fi. & m. potissimum.

DE CHARITATE.

Charitas est uirtus diuinitus infusa, qua sincerè Deus propter se, & proximus propter Deum diligitur. De charitate, 22. q. 23. vsque ad quæsit. 47. m. Charitas quid? 22. q. 25. 1. & 2. Est uirtus. An Charitas sit uirtus? 22. q. 23. 3. o. Qualis sit uirtus? 22. q. 21. 1. c. 6 & 7. An sit forma omnium uirtutum. 22. q. 23. 8. o. Diuinitus infusa. An charitas infundatur in nobis ex infusione. 22. q. 24. 2. o. An charitas infundatur secundum capacitatem naturalium. 22. q. 24. 1. o. Quia sincerè Deus propter se. An Deus sit propter seipsum, & non propter aliud diligendus. 22. q. 27. 3. o. & q. 23. 5. 2. m. An Deus sit magis diligendus quam proximus. 22. q. 26. 2. o. An homo debeat ex charitate plus diligere Deum quàm seipsum. 22. q. 26. 3. o. Et proximus. Quis est proximus. 22. q. 44. 7. c. prin. An dilectio sistat in Deo, & non se extendat ad proximum. 22. q. 25. 1. o. An peccatores sint ex charitate diligendi. 22. q. 25. 6. 8. & 9. An angelos ex charitate debeamus diligere. 22. q. 25. 10. o. An demones sint ex charitate diligendi. 22. q. 25. 11. o. Quis cui in dilectione sit præferendus. 22. q. 16. o. Propter Deum, quomodo proximus sit diligendus propter Deum. 22. q. 23. 5. o. & q. 26. 2. c. potissimum. & q. 44. 7. o. Diligitur. Diligere siue amare quid. 22. q. 17. 2. o. Ex qua definitione liquet duas esse charitatis. Dilectionem Dei, & partes, uidelicet, Dilectionem proximi, quibus tertia ex naturali lege addenda est, uidelicet sui ipsius dilectio. Quæ omnes partes, præceptum tum dei, tum Ecclesie obseruatione, sese foris ostendunt: & ueluti & genebris in lucem prodeunt.

Ex diuinis autem praeceptis Natura, duo; praecepta sunt Decalogi, decem; Natura duo praecepta sunt haec, Prius,

Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Matth. 7.

Alterum.

Quod ab alio oderis fieri tibi vide ne tu aliqua do facias alteri. Tob. 4:

Duas esse. Si dicitur sint partes charitatis, dilectio Dei & proximi, an ergo charitas non sit una virtus? &c. potius videlicet suiipsius dilectio. An homo diligat seipsum ex charitate? &c. q. 25. 4. o.

An homo corpus suum ex charitate diligat? &c. q. 25. 5. o. An peccatores seipsum diligant? &c. q. 25. 7. o. Si homo debeat seipsum diligere, cur igitur de dilectione suiipsius non fuit aliquod praeceptum datum? &c. q. 44. 3. 1. m. & 12 q. 100. 5. 1. m.

Praeceptorum Num Dei, tum Eccl. An charitatis ratio in hoc consistat, quod homo velit se Deo subiicere, & praeceptorum regulam in omnibus sequi? &c. q. 24. 12. c. p. r. i. o.

Ex diuinis autem praeceptis praecepta sunt, Natura duo. An in nobis sit aliqua lex naturalis? &c. q. 98. 2. o.

An lex naturae contineat plura praecepta? &c. q. 94. 2. o. Decalogi decem. An omnia praecepta moralia reducantur ad decem praecepta Decalogi? &c. q. 100. 3. o.

Quomodo praecepta decalogi sint distincta? &c. q. 100. 4. o. An praecepta decalogi conuenienter enumerentur? &c. q. 100. 5. o. An praecepta decalogi sint debito & conuenienti ordine disposita? &c. q. 100. 6. o.

An praecepta decalogi conuenienter tradantur? &c. q. 100. 7. o. An praecepta decalogi sint dispensabilia? &c. q. 100. 8. o.

Omnia quaecumque vultis, ut fieri tibi vide ne tu aliqua do facias alteri. Tob. 4: q. 99. 1. 3. m. & q. 94. 4. 1. m.

Quod ab alio oderis, ut fieri tibi vide ne tu aliqua do facias alteri. Tob. 4: q. 99. 2. c. f. & 100. 3. c.

Decalogi decem praecepta his verbis scriptura recenset:

I.

a Exo. 20 a Ego sum Dominus Deus tuus. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculpbile ut adores illud.

II.

c Exo. 20 c Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Memento ut diem Sabbathi sanctifices.

III.

Honora patrem tuum & matrem tuam ut sis longauus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

IV.

Non occides. Ut Non maechaberis.

V.

Non furtum facies.

VI.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium:

VII.

d deus. 7. Non concupisces uxorem proximi tui.

VIII.

Non domum, non agrum, non seruum, non ancillam non bovem non asinum & vniuersa quae illius sunt.

Hae Decalogi decem praecepta bifariam diuiduntur, Tria enim ex his ad Deum pertinent: & priori tabula continentur. Reliqua vero septem ad proximum, & ad tabulam posteriorem spectant.

Ego sum Dominus Deus tuus. An sint diuersa praecepta, s. Ego sum Dominus Deus tuus, & Non habebis Deos alienos coram me? &c. q. 100. 4. 2. m. Non facies tibi sculpbile. An sit vnum praeceptum, Non habebis deos alienos coram me, & Non facies tibi sculpbile? &c. q. 100. 4. c. sub finem, & 1. m. An 1. m. praeceptum decalogi conuenienter tradatur? &c. q. 122. 2. o. Quid prohibetur hoc 1. praecepto? &c. q. 122. 2. c. f. 2. m. & 3. m. Quid praeceptum homini h. c. r. praecepto. 122. q. 100. 5. De religione, & eius actibus. 222. q. 81. & 4. seq. De superstitione. 222. q. 91. De speciebus superstitionis. 222. q. 93. & sequentibus vsque ad 97. Non assumes nomen. An 2. m. praeceptum decalogi conuenienter tradatur? &c. q. 122. 3. o. Cum sint multa nomina Dei, cur singulariter dicitur, Non assumes nomen Dei, & non potius nomina Dei. 222. q. 122. 3. 1. m. Quid prohibetur hoc praecepto. 122. q. 100. 5. 3. m. & 222. q. 122. 3. c. f. 2. m. & 4. m. Quid praeceptum hoc praecepto. 122. q. 100. 5. c. De iuramento. 222. q. 84. o. De periuurio. 222. q. 98. o. Cur in Exodo huic praecepto, sicut & primo, peculiariter additur comminatio peccati. 122. q. 100. 7. 4. m. Memento ut diem sabbathi sanctifices. An 3. m. praeceptum decalogi de sanctificatione sabbathi conuenienter tradatur. 222. q. 122. 4. o. Cum omnia praecepta Dei sint in memoria retinenda, cur in solo tertio praecepto fit mentio de memoria. 122. q. 100. 7. 5. m. Cum ad colendum dei pertinet non solum sabbatum, sed multae aliae solennitates, cur igitur solum fit mentio sabbathi in 3. praecepto. 222. q. 100. 5. 2. m. & 222. q. 122. 4. 2. m. Quid hoc praeceptum praeceptum. 122. q. 100. 5. c. & 222. q. 122. 4. c. 1. m. & 3. m. Quis hoc praeceptum 3. m. transgredi dicendus est? &c. q. 122. De festis ut infra in 1. praecepto Ecclesiae. (4. 3. m.) Quomodo praeceptum hoc de sanctificatione sabbathi seruatur in nouo testamento. 222. q. 122. 4. 4. m. Honora patrem tuum. Cur praeceptum de honorandis parentibus ponitur primum inter praecepta de dilectione proximi data. 122. q. 100. 7. c. & 2. m. & 222. q. 122. 5. c. Cum prius sit exscripta vitia, quae prohibentur per praecepta negativa, quam sint inferenda virtutes, quarum actus praeceptantur per praecepta negativa, quomodo primum praeceptum concernens proximum est affirmatiuum. 122. q. 100. 6. 2. m. Cur magis datur speciale praeceptum de pietate, quam de obseruantia, honore, gratia, & similibus. 222. q. 122. 5. 1. m. Cur magis praeceptum honor parentum, quam eorum sustentatio. 222. q. 122. 5. 3. m. Cur magis ponitur praeceptum de honorandis parentibus, quam de diligendis filiis. 122. q. 100. 5. 4. m. Ut sis longauus super terram. Cur Tolum in primo & quarto praecepto additur promissio. 122. q. 100. 7. 3. m. Cum honorantes parentes suos contingat cito eripi ex hac vita quomodo promissionis huius veritas saluatur. 222. q. 122. 5. 4. De pietate. 222. q. 101. De obseruantia. 222. q. 102. De honore. 222. q. 103. De obedientia & inobedientia. 222. q. 104. & q. 105. De gratia siue gratitudine, & ingratitude. 222. q. 106. & 107. o. Non occides. De quibus hoc dicitur. 222. q. 64. 1. 8. An occidere quocumque viuentia sit illicitum. 222. q. 64. 1. o. Quando & cui liceat occidere homines peccatores. 222. q. 64. 2. 3. & 4. An liceat aliquo casu occidere innocentem. 222. q. 64. 6. o. An non liceat homini occidere alium, se defendendo. 222. q. 47. o. An aliquis casualiter hominem occidens, incurrat reatum homicidii. 222. q. 64. 8. o. An liceat alicui seipsum occidere. 222. q. 64. 5. o. An bellare sit peccatum. 222. q. 40. 1. An solum homicidium hic prohibetur. 222. q. 122. 6. 2. m. De vindicta. 222. q. 108. o. De ira. 222. q. 122. o. De inuidia. 222. q. 36. o. De odio proximi. 222. q. 39. 3. & sc. De discordia. 222. q. 37. De pace & concordia. 222. q. 29. o. Non maechaberis. Quid hic intelligatur prohiberi. 122. q. 100. 5. c. & 222. q. 122. 6. 2. m. De luxuria. 222. q. 117. De speciebus luxuriae. 222. q. 117. An in tactibus & oculis consistat peccatum mortale. 222. q. 154. 4. o. de ca.

De castitate & virginitate. 222. q. 151. & 152. De abstinentia & ieiunio. 222. q. 147. & 148. Non furtum facies. Quid hic prohibetur. 122. q. 100. 5. c. 222. q. 122. 6. 2. m. De furto & rapina. 222. q. 63. ar. 3. & seq. De fraude quae contingit in emptione & venditione. 222. q. 77. o. De iuramento. De restitutione. 222. q. 62. o. De elemosinis. 222. q. 32. o. De liberalitate. 222. q. 117. De auaritia. 222. q. 118. De prodigalitate. 222. q. 119. Non loqueris contra proximum falsum testimonium. Quid hoc praeceptum vetitum est? 222. q. 100. 5. c. & 222. q. 122. 6. 2. m. An falsum testimonium semper sit peccatum mortale? 222. q. 70. 4. o. De veritate. 222. q. 109. De mendacio & reliquiis veritati oppositis. 222. q. 110. vsq. ad q. 114. De amicitia quae dicitur affabilitas. 222. q. 114. De vitii affabilitati oppositis. 222. q. 115. & q. 116. De contumelia, detractione, & ceteris iniuriis verborum. 222. q. 72. vsq. ad q. 77. m. Non concupisces uxorem proximi tui. Quid hic prohibetur. 122. q. 100. 5. c. Cur magis ponitur praeceptum prohibens concupiscentiam adulterij & furti, quam concupiscentiam homicidii & falsi testimonij? 222. q. 100. 5. 5. m. & 222. q. 122. 6. 4. m. Cum prior sit actus cordis quam oris vel exterioris, quomodo praecepta prohibentia actum cordis & concupiscentiam ponuntur vltimo loco? 122. q. 100. 6. 3. m. Non domum, non agrum, non seruum. Cur de concupiscentia uxoris alienae, & rei alienae ponuntur duo praecepta? 122. q. 100. 4. c. fi. & 3. m. Priori tabula. An praecepta de dilectione Dei conuenienti methodo praeponantur praeceptis de dilectione proximi? 122. q. 100. 6. 1. m.

BREVIS ANNOTATIO DE VERA ET GERMANA PRIMI PRAECEPTI INTELLIGENTIA, CONTRA ICONOCLASTAS.

Primo Decalogi praecepto verat Deus idololatriam quae Moyse temporibus longe lateque per orbem terrarum diffusa erat.

Committitur autem idololatriam impietas, quando idolo cuiquam cultus soli Deo debitus tribuitur; seu quando rei commenticia, aut cuiquam creaturae, vis, potestas, excellentia, & dignitas Dei propria, inesse creditur; ob idque illi, ut Deo, honor & cultus nusquam aliud relatus deferretur: quomodo Pagani deos suos & idola colebant.

Quod autem non prohibeantur hoc loco penitus omnes omnium rerum arte expressae similitudines, & creaturarum imagines, ut externa verborum facies prae se ferre videretur, Deus ipse quem multis aliis, tum sequentibus scripturae locis manifestissimè declarat: Duo quoque, [inquit Deus, Moyse loquens,] Cherubin aureos & productiles facies, ex vtraque parte oculi. Exod. 25.

Expressae similitudines. An his verbis, Non facies tibi sculpbile, prohibitur vsus imaginum? 122. q. 100. 4. c. & 3. q. 25. 3. 1. m. potissimum. Imagines sanctorum cur in Ecclesia? 222. q. 94. 3. 1. m. An imago Christi & sanctorum sit adoranda? 2. q. 25. 3. Item. Locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ecce, vocavi ex nomine Beseleel filium Uri, filii Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia in opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & aere, & marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Exo. 31. Deinde sequitur: Beseleel fecit duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorii. Exod. 37.

Idem conuincit etiam iste scripturae locus: Orauit Moyses pro populo, & locutus est Deus ad eum: Fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo: qui percussus respexerit eum, viuert. Num. 21. I. e. in qui 1. Paralip. cap. 28. e. x. t. a. v. b. i. dicitur Davit aurum & argentum Salomoni dedisse ad leones & leuculos inde conficiendos. Vnde luce meridiana clarius euadit, non omnem arte expressam similitudinem, neque omnem creaturam artificiosam figuratorem, à Deo hoc primo praecepto interdictam fuisse: sed talem duntaxat similitudinem, quae vel ipsa pro Deo coleretur, vel quae ad falsi Dei honorem construatur, in aliqua haberetur veneratione.

rarum artificiosam figuratorem, à Deo hoc primo praecepto interdictam fuisse: sed talem duntaxat similitudinem, quae vel ipsa pro Deo coleretur, vel quae ad falsi Dei honorem construatur, in aliqua haberetur veneratione.

Hinc quoque palam est imaginum vsus apud Catholicos receptum, & ab Ecclesia approbatum, nihil habere commune cum eo quod hoc primo Decalogi praecepto prohibetur: quippe qui longissimè ab idololatriam superstitione & impietate distat. Non enim potestatem, dignitatem, aut vim diuinam Catholicis imaginibus tribuunt, neque eas ut Deus colunt, neque etiam ad falsi & Commenticij alicuius Dei venerationem eas habent, sed ut vel per eas, vel coram iis Deum ipsum, & sanctos (intimos eius amicos) honore qui illis debetur, afficiant. Sanctos enim qui in caelo iuste honorari, nemo, nisi fide & communi sensu priuatus, negauerit. Nam si recte viuos illustri aliqua virtute aut dignitate praeditos, vel corporis inclinatione, vel capitis apertione, vel alio venerationis genere honoramus & colimus, exemplo Dauidis, qui (ut scriptura commemorat. 1. Reg. 24.) pronus in terram Saulem adorauit: an non longe iustius est, b. sanctos cum Christo in caelis feliciter regnantes perfectissimaeque virtute iam praeditos, ac summam dignitatem propter gloriosum certamen quod in praesenti vita certauerunt adeptos, quos (Christo hoc eis promittente Ioan. 12.) nunc ipse pater caelestis honorificat, & nos quoque misellos adhuc & viles humunciones honorare? Recte denique & citra primi istius praecepti transgressionem, ut nos in suis apud Deum precibus adiuuent, sanctos rogamus. Neque hoc magis fit cum vilius diuini praecepti violatione, vel cum mediatoris nostri Iesu Christi iniuria, quam illud quod Paulus Romanos, Corinthios, Thessalios. Hebraeos, &c. suos apud Deum deprecatores constituit, dicens: Fratres orate pro nobis 2. Thessal. 3. & Heb. 13. Item, Adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. Rom. 15. & 2. Corin. 1. Itaque omnem istum apud Catholicos vsuratum & receptum, tum imaginum, tum regnantium cum Christo sanctorum cultum & honorem, quod totus ad vnus Dei Opt. Max. laudem & gloriam referatur atque redundet, sanctum & Deo gratum esse recte Ecclesia iudicauit, & pii omnes eius auctoritati (ut decet) morigeri & libenti animo sese subiicientes, idè firmiter credunt atque profiteantur.

Quid autem non prohibeantur hoc loco penitus omnes omnium rerum arte expressae similitudines, & creaturarum imagines, ut externa verborum facies prae se ferre videretur, Deus ipse quem multis aliis, tum sequentibus scripturae locis manifestissimè declarat: Duo quoque, [inquit Deus, Moyse loquens,] Cherubin aureos & productiles facies, ex vtraque parte oculi. Exod. 25. Expressae similitudines. An his verbis, Non facies tibi sculpbile, prohibitur vsus imaginum? 122. q. 100. 4. c. & 3. q. 25. 3. 1. m. potissimum. Imagines sanctorum cur in Ecclesia? 222. q. 94. 3. 1. m. An imago Christi & sanctorum sit adoranda? 2. q. 25. 3. Item. Locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ecce, vocavi ex nomine Beseleel filium Uri, filii Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia in opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & aere, & marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Exo. 31. Deinde sequitur: Beseleel fecit duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorii. Exod. 37. Idem conuincit etiam iste scripturae locus: Orauit Moyses pro populo, & locutus est Deus ad eum: Fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo: qui percussus respexerit eum, viuert. Num. 21. I. e. in qui 1. Paralip. cap. 28. e. x. t. a. v. b. i. dicitur Davit aurum & argentum Salomoni dedisse ad leones & leuculos inde conficiendos. Vnde luce meridiana clarius euadit, non omnem arte expressam similitudinem, neque omnem creaturam artificiosam figuratorem, à Deo hoc primo praecepto interdictam fuisse: sed talem duntaxat similitudinem, quae vel ipsa pro Deo coleretur, vel quae ad falsi Dei honorem construatur, in aliqua haberetur veneratione.

Quod autem non prohibeantur hoc loco penitus omnes omnium rerum arte expressae similitudines, & creaturarum imagines, ut externa verborum facies prae se ferre videretur, Deus ipse quem multis aliis, tum sequentibus scripturae locis manifestissimè declarat: Duo quoque, [inquit Deus, Moyse loquens,] Cherubin aureos & productiles facies, ex vtraque parte oculi. Exod. 25. Expressae similitudines. An his verbis, Non facies tibi sculpbile, prohibitur vsus imaginum? 122. q. 100. 4. c. & 3. q. 25. 3. 1. m. potissimum. Imagines sanctorum cur in Ecclesia? 222. q. 94. 3. 1. m. An imago Christi & sanctorum sit adoranda? 2. q. 25. 3. Item. Locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ecce, vocavi ex nomine Beseleel filium Uri, filii Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia in opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & aere, & marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Exo. 31. Deinde sequitur: Beseleel fecit duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorii. Exod. 37. Idem conuincit etiam iste scripturae locus: Orauit Moyses pro populo, & locutus est Deus ad eum: Fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo: qui percussus respexerit eum, viuert. Num. 21. I. e. in qui 1. Paralip. cap. 28. e. x. t. a. v. b. i. dicitur Davit aurum & argentum Salomoni dedisse ad leones & leuculos inde conficiendos. Vnde luce meridiana clarius euadit, non omnem arte expressam similitudinem, neque omnem creaturam artificiosam figuratorem, à Deo hoc primo praecepto interdictam fuisse: sed talem duntaxat similitudinem, quae vel ipsa pro Deo coleretur, vel quae ad falsi Dei honorem construatur, in aliqua haberetur veneratione.

- I. Dies festos ab Ecclesia praescriptos celebrato. II. Missam integram singulis festis atque Dominicis diebus audito. III. Indicta certis diebus ieiunia, & à nonnullis civibus, quo tempore illorum vsus prohibitus est, abstinenciam seruato. IIII. Sacerdoti proprio, vel alij eius locum tenenti, singulis saltem annis confiteor.

V.

Sacrosanctam Eucharistiam, minimum semel in anno, idque ad Paschalem solemnitatem, sumito. Que quidem omnia tam diuina quam Ecclesiastica precepta a nobis sequentibus inclusa tenentur:

Prius est,

Luc. 10 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus visceribus tuis, & ex omni mente tua.

Alterum est,

Luc. 10 Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Ex preceptis autem Ecclesie... An Ecclesia possit condere legem in peccatis... An lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientie... An possit aliquis alicuius proprii sacerdoti confiteri ex privilegio vel mandato superioris... An sine vitæ poenitentia possit a quolibet sacerdote absolvi... An quis statim post peccatum admissum teneatur confiteri... An possit cum aliquo dispensari ne confiteatur homini peccata... An possit Eucharistiam... An liceat cessare omnino à communione... An duo hæc præcepta de charitate sufficiant... Diliges Dominum Deum tuum... An convenienter addatur huic præcepto... Quid per hæc quatuor... An præceptum hoc de dilectione Dei possit servari in via... Diliges proximum tuum... An convenienter detur præceptum de dilectione proximi... Quid proximus dicitur... An aliquis ergo debeat proximum æqualiter sibi diligere...

CONTRA GRASSANTEM DE FIDE SIN OPERIBUS HAERESIM BREVIS ADMONITIO.

Tum ex ista præceptorum, tam divinatorum quam Ecclesiasticorum, ad hominem in diuino cultu, & motum integritate continendum, præscriptione, tum etiã ex eo loco ubi Christus servator noster apud Matth. ca. 7. dicit, Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Item cap. 19. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, palam est, vanum esse, & a Christi servatoris nostri doctrina alienum, dogma gressantium nunc hereticorum, qui afferunt bona opera, religiofamque sanctorum præceptorum observationem nullius esse momenti, neque valoris, ad æternæ vitæ gloriam promerendam. Qui afferunt bona opera, An bona opera sint meritoria vitæ æternæ...

An bona opera promerantur augmentum charitatis & gratiæ... An bona opera requirantur ad beatitudinem consequendam... Idem quoque manifeste conuincunt Christi redemptoris nostri verbum ad beatos, tum etiam ad damnatos, in extremo iudicio proferenda.

Ad beatos quidem hæc: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare; Simul, & dedistis mihi bibere; Hospes eram, & colectis me; Nudus, & operuistis me; infirmus, & visitastis me; in carcere eram, & venistis ad me.

Ad damnatos autem proferenda ista. Descendite a me maledicti in ignem æternum: cui paratus est diabolus & Angelis eius: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me nudus, & non operuistis me, infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Et paulò post: Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Idem dogma falsum arguunt ista quoque. B. Pauli verba, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Ad Rom. 2. c. Similiter ista, Deus reddet vnicuique secundum opera eius. Ad Rom. eod. cap.

Et apertissima illa quibus ait idem Apostolus, Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. 1. Corinth. 13. Denique istam sententiam, Fides sine operibus mortua est, Jacobi cap. 2. ea potissimum mente atque intentione Iacobus Apostolus scripsisse, atque posteritati tradidisse videtur, vt omnibus Christianis aduersus istius falsi dogmatis virus, loco saluatoris antidoti atque remedii esset.

DE IUSTITIA CHRISTIANA.

Iustitia Christiana, de qua loquitur Christus servator noster apud Matth. cap. 5. dum ait, Nisi abunda verit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum, nihil aliud est nisi animi mundities quædam, & ab omni peccati, saltem lethalis macula, puritas coniuncta vel actu vel habitu, cum legis observatione. Posset & sic defini: Iustitia Christiana est talis animi affectio seu habitus, vnde quæ sancta, iusta, Deoque grata in dictis, factis, atque cogitationibus sunt, ad cultum diuinæ maiestatis debitum persoluendum proficiuntur.

Iustitia Christiana siue interior quid sit... Quomodo iustitia Christianorum abundet plus quam iustitia scribarum & Phariseorum... De iustitia vt est virtus cardinalis...

Declinatio à malo, seu observatio eorum præceptorum, siue divinatorum, siue Ecclesiasticorum, quibus malum inter dicitur. Operatio boni, seu eorum præceptorum, quibus id quod bonum, sanctum, & diuinæ maiestati acceptum est facere iubemur, executio.

Iustitiæ Christianæ duo sunt officia, declinatio à malo an declinare à malo, & facere bonum sine partes iustitiæ... an transgressio sit speciale peccatum... an omisio sit speciale vitium... an transgressio sit peccatum sit grauius peccatum omissionis...

ADMONITIO.

Ex hac bipartita iustitiæ Christianæ officiorum diuisione satis intelligitur duplicem in vita presenti hominibus propositam esse viam, ynam latam atque vagam,

vagam, per ampla videlicet & frequentia vitiorum compita, quæ ducit ad mortem æternam: & alteram arctam & definitam, (per virtutis nimitum angustum, & à paucis calcatum tramitem) quæ ducit ad æternæ vitæ sempiterna gaudia: quarum hanc sequendam, illam verò fugiendam grauisimè monet Christus seruator noster, apud Matth. his verbis: [Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta est via quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam;] cap. 7.

Quod autem via virtutis sit angusta, & vitiorum iter amplum & spatiosum, nemini mirum videri debet: Que modum enim in iaculando, signi propositi attingendi vnicus est cames, isque perangustus & inuentu admodum difficilis; aberrandi verò ab eo signo innumerabiles sunt viæ atque rationes; per quarum aliquam vt facillimè, ita etiam frequentissimè à iaculatoribus telum mittitur.

Similiter boni operis perficiendi, & alicuius virtutis laudem assequendi, vnica est, eaque arcta & certis limitibus definita ratio; vltra quam, citraue nequit consistere rectum. At à virtutis actione tum per exuperantiam, tum per defectum, in quibus situm est vitium defl. stentes viæ, & prauè agendi rationes sunt infinitæ; in quas & procliuissimè & sepissimè, in vitæ cursu moderando, labitur infirmitas humana.

Huc etiam accedit, quod homo propter peccati originis nondum penitus extirpati reliquias, ad malum sit, quam ad bonum pronior; vt testatur Deus ipse apud Moysen his verbis: [Sensus & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua.] Gen. 8. cap.

Porro ad hæc iustitiæ Christianæ officia feliciter & ad salutem æternam consequendam, vtiliter exequenda, opus est in primis diuino auxilio & gratia, voluntatem hominis ad ea suscipienda mouente atque inducente, & ad constanter in iis perseuerandum confirmante, quæ alsiduis precibus à Deo omnium bonorum auctore & largitore benignimo est flagitanda. Opus est etiam præceptorum, tam diuinatorum quam Ecclesiasticorum, necnon peccatorum atque virtutum mediocri saltem cognitione.

Ad malum sit quam ad bonum pronior. Cur homo procliuior est ad malum quam ad bonum? Opus est in primis diuino auxilio. An homo possit velle & facere bonum absque gratia? An possit homo sine gratia per sua naturalia præcepta legis implere? An homo possit sine gratia non peccare? Et ad constanter in iis perseuerandum confirmante. An homo in gratia constitutus, non indigeat auxilio gratiæ ad perseuerandum? De præceptis supra, cum de Charitate ageremus, nobis dictum est: sequitur itaque nunc vt de peccatis atque virtutibus aliquid adiciamus; quod breuiter & summatim (vt præsentis libelli postulat ratio, ea duntaxat quorum cognitionem ad iustitiam Christianam colendam, plurimum habere momenti arbitrabimur exponendo) faciemus.

DE PECCATO.

Peccatum (auctore Ambrosio in libro De paradiso) nihil aliud est, nisi legis diuinæ præuaricatio, & cælestium inobedientia præceptorum.

Peccatum duplex, Communis originis, quod ex primorum parentum inobedientia ortum, nascendo contrahimus. Propriæ actionis, quod propria quisque voluntate committit.

Huius generis peccatum à fallaci suggestione incipiens, delectatione crescit, consensuque perficitur,

atque vt patet latissimè, ita plurimæ ac distinctissimæ sunt eius diuisiones, è quibus quatuor quæ sequuntur Christianæ religionis tyronibus scitu maxime sunt necessariae:

Prima. Cogitatione, Verbo, Opere, Omissione. Peccatum propriæ actionis nascitur ex Ignorantia, Infirmisitate, & Malicia.

Capitalia septem, Lethale, quod animæ præsentem adfert mortem, de qua Bezech. 18. cuiusmodi sunt ista, Peccati propriæ actionis est, Veniale, cui venia facile tribuitur, & sine quo in hac mortali vita, ne iusti quidem quantumuis sancti viuunt; verè cum aliis dicentes: Dimittite nobis debita nostra, Matth. 6. Nec tamen propterea iusti se definiunt. Peccatum auctore Ambrosio. Peccatum quid? Communis originis. De peccato originali. Propriæ actionis. De peccato actuali. Prima. An conueniente diuidatur peccatum in peccatum cordis, oris & operis ac omissionis. De peccato quod nascitur ex ignorantia. De peccato quod nascitur ex infirmitate. De peccato quod nascitur ex malitia. Peccatum propriæ actionis est aut lethale, aut veniale. De diuisione peccati in peccatum mortale & veniale, & comparatione venialis peccati ad mortale. De veniali peccato secundum se considerato. Capitalia septem. Quid capitale? An sint septem vitia Capitalia? Superbia. An superbia sit vitium capitale? Auaritia. De auaritia. An auaritia sit vitium capitale? Luxuria. De luxuria. De speciebus luxuriæ. An luxuria sit vitium capitale? Inuidia. De inuidia. An inuidia sit vitium capitale? Gula. De gula. An gula sit vitium capitale? De ebrietate. Iracundia. De iracundia. An ira debeat poni inter vitia capitalia? Acedia. De acedia. An acedia debeat poni vitium capitale? In Spiritum sanctum, sex. Homicidium voluntarium. Peccatum Sodomiticum. Oppressio pauperum, viduarum, aut pupillorum. Mercedis operariorum iniqua retentio.

1. Superbia. 2. Auaritia. 3. Luxuria. 4. Inuidia. 5. Gula. 6. Iracundia. 7. Acedia. 1. Præsumptio de misericordia Dei, vel de impunitate peccati. 2. Desperatio. 3. Cognitæ veritatis impugnatio. 4. Fraternalis charitatis inuidia. 5. Obstinatio. 6. Obstinatio peccati contempus. Homicidium voluntarium. 2. Peccatum Sodomiticum. 3. Oppressio pauperum, viduarum, aut pupillorum. 4. Mercedis operariorum iniqua retentio.

Homicidium. De homicidio, 22. q. 5. 4. 2. porissimum. Peccatum Sodomiticum. De peccato Sodomitico, 22. q. 147. 11. & 12.

III

Peccatum propriæ actionis vocatur. Proprium, quod à nobis ipsis perpetratur. 1. Confilio. 2. Iussu. 3. Consensu. 4. Irritatione. 5. Laudatione seu assentatione. 6. Retinentia culpæ alienæ, quæ erat patefacienda. 7. Cóniunctia. 8. Rei alienæ participatione. 9. Iniqua facti alieni de fensione.

Alienum. De peccatis alienis, 22. q. 61. 7. 6.

ADMONITIO

Ad plenioram cognitionem, & cautiorem fugam istius generis peccatorum (quæ, q. propria cuiusque voluntate committantur, propriæ actionis peccata vocamus) duo sunt præterea scienda.

Prius est, quodlibet huius generis peccatorum vel grauius, vel leuius esse posse, pro circumstantiarum vel aggrauantium, vel extenuantium ratione, ad eod ut quod diximus lethale ex suo genere, sæpenumero propter extenuantem circumstantiam veniale fieri possit.

Sunt autem circumstantiæ quibus vel aggrauatur, vel extenuatur peccati culpa, octo, hoc versiculo comprehensæ,

Quis, quid, ubi, quoties, per quos, cur, quomodo, quando.

Alterum est, vel omnia istius generis peccata; vel certè maximam eorum partem, per sensus exteriores, qui sunt visus, auditus, olfactus, gustus & tactus, veluti per fenestras quasdam ad animum corrupendum aditum habere.

Proinde isti sensus, summa cura atque vigilantia omnibus, qui æternæ animi sui saluti consultum volunt, custodiendi sunt; & ab omni eo quod peccati occasionem præbiturum creditur, sedulo cohibendi.

Vel grauius. Grauius peccatorum vnde metienda? 12. q. 73. ar. 3. & sequentibus.

An circumstantia aggrauet peccatum? 12. q. 73. 7. 0.

De circumstantiis humani actus. 12. q. 7. 0.

Alterum est. An apprehensio sensus sit causa peccati? 12. q. 75. 2. c. 1. m. & 3. m. & q. 77. 1. c. & ar. 5. 0.

Virtus est sancta & diuinis oculis grata diuinoque beneficio accepta animi affectio, seu qualitas, vnde quæ cogitando, loquendo, & quiduis aliud agendo, rectè, laudabiliter, sanctè, & diuine voluntati conuenientes fiunt, proficiuntur.

Virtus est sancta. De essentia virtutis, 12. q. 55. 0. Virtus quid? 12. q. 55. 4.

Virtutis, quemadmodum ei contrarij peccati, variaz sunt differentia atque species, quarum præcipuæ & Christianæ religionis tyroni scitu maximè necessariz sequenti diuisione comprehenduntur.

Theologica, videlicet, Cardinalis, videlicet, Capitalibus virtutibus contraria, Consilij Evangelici, seu ad Christianam vitam perfectionem spectans, videlicet, Inuentitum maximè decens, Fides. Spes. Charitas. Prudentia. Iustitia. Fortitudo. Temperantia. Humilitas. Liberalitas. Castitas. Charitas. Temperantia. Mansuetudo. Pia sedulitas. Paupertas voluntaria. Castitas perpetua. Religiosa obedientia, quæ propter Deum voto interposito homini defertur. Verecundia. Taciturnitas. Obedientia erga illos à iuuenibus seruanda, quibus sui cura est commissa.

Theologica. De virtutibus Theologicis, 12. q. 62. 0. & q. 64. 4. 0. Cardinalis. De virtutibus Cardinalibus, 12. q. 61. 0. Prudentia. De prudentia, 22. q. 47. & sequentibus vsque ad 57. m. Iustitia. De iustitia & pertinentibus ad eam, 22. q. 57. & seq. vsque ad q. 123. m. Fortitudo. De fortitudine, 22. q. 123. & seq. vsque ad q. 141. Temperantia. De temperantia, 22. q. 141. cum quibusdam alijs quæ ei annexa sunt, 22. q. 41. & seq. vsque ad quest. 171. m. Humilitas. De humilitate, 22. q. 161. 0. Liberalitas. De liberalitate, 22. q. 117. Castitas. De castitate, 22. q. 151. De virginitate, 22. q. 152. Charitas. De charitate, 22. q. 23. & seq. vsque ad q. 47. Temperantia. De abstinentia, 22. q. 146. 0. De sobrietate, 12. q. 149. Mansuetudo. De clementia & mansuetudine, 22. q. 157. 0. Pia sedulitas. De gaudio quod est de bono diuino, 22. q. 18. 0. Consilij Evangelici. De consilijs Evangelicis & eorum numero, 12. q. 108. 4. 0. & 22. q. 185. 2. ar. & sequentibus ar. Verecundia. De verecundia, 22. q. 144. 0. Obedientia. De obedientia, 22. q. 104. 0.

Huc quoque pertinent ista.

Tria bonorum operum genera, { Precatio. De precatione, 22. q. 83. 0. { Ieiunium. De ieiunio, 22. q. 147. 0. { Eleemosyna quæ est bipartita. { Corporalis, & { Spiritualis.

Eleemosyna, De eleemosyna, 22. q. 32. 0. An eleemosyna quædam sit corporalis, & quædam spiritalis? 22. q. 32. 2.

1. Esuriens pascere. 2. Sitiens potum dare. 3. Nudos operire. 4. Captiuos redimere. 5. Aegrotos visitare. 6. Peregrinos hospitio excipere. 7. Mortuos sepelire.

Eleemosyna corporalis. Eleemosyna corporalis quatuorplex est, & quæ eius sunt species? 22. q. 32. 2. 0.

1. Peccantes corrigere. 2. Ignorantes docere. 3. Dubitantibus rectè cõsultare. 4. Pro salute proximi orare. 5. Consolari mæstos. 6. Improborum iniurias ferre patienter. 7. Aliorum offensam remittere.

Eleemosyna spiritalis. Quatuorplex est eleemosyna spiritalis, & quæ eius species? 22. q. 32. 2. 0.

Eodem

Eodem spectant beatitudinem, seu potius beatorum octo genera, quæ apud Matth. capit. 5. his verbis recensentur.

1. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

2. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

3. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

4. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

6. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

7. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

8. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Eodem spectant. De beatitudinibus, 12. q. 69. 0. Quid per beatitudines intelligatur. 12. q. 67. 1. c. Quomodo præmia beatitudinem compleantur in hac vita? 12. q. 69. 2. 3. m.

Beatorum octo generum. Cum B. Lucas solum quatuor beatitudines enumeret, quomodo igitur octo assignantur? 12. q. 69. 3. 6. m.

Cum in sacra scriptura plures beatitudines enumerentur quam hæc octo, cur solum octo recensentur? 12. q. 69. 3. 4. m.

Beati pauperes spiritu. Quid hic significetur, 12. q. 69. 3. c. Ipsorum est regnum. An regnum cælorum tanquam præmium conuenienter promittatur pauperibus spiritu? 12. q. 69. 4. c.

Beati mites. Qui dicantur mites? 12. q. 69. 3. c. Quoniam ipsi possidebunt terram. Cur Dominus mites promittit possessionem terræ? 12. q. 69. 4. c.

Cum omnia bona in regno cælorum continentur, cur adduntur alia præmia? 12. q. 9. 4. 1. m.

An securi in beatitudinibus proceditur ascendendo, ita etiam in præmijs procedatur ascendendo? 12. q. 69. 4. 3. m.

Beati qui lugent. Quinam hic significantur? 12. q. 69. 3. c. Quoniam ipsi consolabuntur. Cur lugentibus Christus promittit consolationem? 12. q. 69. 4. c.

Qui esuriunt. Quænam beatitudo, siue opus virtutis hic exprimitur, 12. q. 69. 3. c. Quoniam ipsi saturabuntur. Cur esuriens tanquam præmijs assignatur saturatio? 12. q. 69. 4. c.

Beati misericordes. Quinam hic designantur? 12. q. 69. 3. c. Quoniam misericordiam consequentur. Cur Dominus misericordibus promittit misericordiam? 12. q. 69. 4. c.

Mundo corde. Cur 6. beatitudo ponitur, Beati mundo corde? 12. q. 69. 3. c.

Quoniam ipsi Deum videbunt. Cur mundis corde promittitur visio Dei? 12. q. 69. 4. c.

Beati pacifici. Cur 7. beatitudo ponitur, Beati pacifici? 12. q. 69. 3. c.

Quoniam filij Dei. Cur pacificis promittitur gloria filiationis Dei? 12. q. 69. 4. c.

Beati qui persecutionem. Cui requisitio ad terrenam beatitudinem hæc beatitudo opponitur? 12. q. 69. 3. 6. m.

Ad quam virtutem pertinet pati persecutionem, ibidem. Quoniam ipsorum est regnum cælorum. Cur regnum cælorum ponitur pro præmio in octaua beatitudinis, cum positum sit tanquam præmium & merces primæ beatitudinis? 12. q. 69. 4. 2. m.

Eodem quoque spectat

Duplex meditatio, videlicet, { Propriæ conditio, { 1. cur creatus sum? { 2. quid sum? { 3. vbi sum? { 4. vnde venio? { 5. quò vado? { Quatuor nouissimi morum, quæ sunt, { 1. Iudicium extremum. { 2. Inferi. { 3. Gloria cælestis, seu beatitudo æterna.

Cur creatus sum. De ultimo fine hominis, 12. q. 93. 0. 12. q. 1. & seq. Quid sum. De statu primi hominis, q. 94. & sequentibus, vsque ad 102. m.

De corruptione boni naturæ, 12. q. 85. 0. An peccatum originis transeat per originem in omnes? 12. q. 81. 3. 0.

De miseris & pœnis quibus homo subiicitur propter primum peccatum? 12. q. 164. 1. & 2. Vbi sum. De expulsiõne hominis à paradiso, 22. q. 164. 2. 4. m. & 5. m. & 12. q. 102. 2. 3. m.

Vnde venio. De productione hominis, 12. q. 91. 0. & 92. An corpus primi hominis sit formatum de limo terræ? 12. q. 91. 1. 0.

Quò vado. De quatuor nouissimis quæ sunt mors, de qua 12. q. 81. 3. 1. m. & q. 85. 5. & 6. Iudicium extremum, de quo 12. q. 59. 4. & 5. Sup. q. 98. & q. seq. vsque q. 91. m. Inferi, de quibus 12. q. 54. 4. 2. q. 52. Sup. q. 69. De pœna damnatorum, Sup. q. 97. & sequent. vsque ad fi. & gloria cælestis seu beatitudo æterna, de qua 12. q. 23. q. 2. q. 3. q. 4. & q. 5. Sup. q. 93.

De dotibus beatorum, Sup. q. 95. 0.

DE SACRAMENTIS

Sacramentum est diuinæ & latentis gratiæ externum atque sensui expositum signum, ad hominis æternam salutem promouendam, diuinitus ordinatum.

Cuiusmodi in Evangelica lege à Christo seruatore nostræ septem sunt instituta, nimirum. { Baptismus. { Confirmatio. { Eucharistia. { Pœnitentia. { Extrema vinctio. { Ordo. { Matrimonium.

De sacramentis. De sacramentis, 3. p. q. 60. & q. sequentibus, vsque ad finem. & Sup. q. 1. & sequent. vsque ad quest. 69.

Sacramentum est diuinæ. Sacramentum quid? 3. q. 60. 0. Est rei diuinæ. Cuius rei sacræ sit sacramentum signum, 3. q. 60. & 2. 0. & 3. 0.

Externum. An sacramentum sit semper aliqua res sensibilis? 3. q. 60. 4.

Ad hominis æternam salutem. De necessitate & effectu sacramentorum, 3. q. 61. 0. & 62. 0.

Septem sunt. De numero sacramentorum, 3. q. 65. 0.

Baptismus est nouæ legis primum Sacramentum, in ablutione corporis exteriore & legitima verborum pronuntiatione, secundum Christi institutionem consistens: quod tam paruulis quam adultis ad salutem est necessarium. Hoc sacramento plena peccatorum accepta remissione, spiritaliter regeneramur in nouam creaturam, & qui ante à eramus filij iræ, tunc filij Dei hæredesque, Christi autem nostri redemptoris cohæredes efficiuntur.

Baptismus est. De baptismo, 3. q. 66. & seq. vsque ad q. 72. m. Est nouæ legis primum. An baptismus sit à Christo institutus, & quando? 3. q. 66. 2. 0.

In ablutione corporis. An baptismus sit ipsa ablutio? 3. q. 66. 1. 0.

De materia baptismi, 3. q. 66. 3. & 4. Et legitima verborum pronuntiatione. An in sacramentis requirantur verba? 3. q. 60. 6. 7. & 8.

De forma baptismi, 3. q. 66. 5. 0. Tam paruulis quam adultis. De suscipientibus baptismum, 3. q. 68. 0.

An sine baptismo nullus possit saluari? 3. q. 68. 2. 0. An pueri sint baptizandi? 3. q. 68. 9. 0.

An pueri in maternis vteris existentes possint baptizari? 3. q. 68. 11. 0.

Hoc plena peccatorum accepta remissione. De effectu: bus baptismi, 3. q. 69. 0.

An homo per baptismum liberetur ab omni peccato, & ab omni reatu peccati? 3. q. 69. 1. & 2.

Spiritaliter regeneramur. Cur baptismus dicatur regeneratio? 3. q. 66. 9. c.

In nouam creaturam. An per baptismum conferantur gratia & virtutes? 3. q. 69. 1. 5. & 6. Hæredesque Christi. An effectus baptismi sit apertio ianuz regni cælestis? 3. q. 69. 7. 0.

CONFIRMATIO. Sacramentum est quod baptizatis ab Episcopo confertur in fronte, per sacrum Chrisma, adhibita certa verborum forma. Hæc fidè corro-

corroborat, & homini Christiano ad nomen Domini, quodcumque opus est, intrepidè proficendum animum addit.

Confirmatio) De confirmatione, 3^a. q. 72. o. Sacramentum est.) An Confirmatio sit sacramentum? 3^a. q. 72. 1. o. Quod baptizatis, An character confirmationis præsupponat ex necessitate characterem baptismalem? 3^a. q. 72. 1. o.

Ab Episcopo confertur.) An solus Episcopus hoc sacramentum possit conferre? 3^a. q. 72. 1. 1. o.

In fronte.) An hoc sacramentum sit conferendum homini in frõte? 3^a. q. 72. 9. o.

Per sacrum Chrisma, An Chrisma sit conveniens materia huius sacramenti? 3^a. q. 72. 2. o.

Adhibita certa verborum forma.) An hæc sit conveniens sacramenti confirmationis forma. Consigno te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, Amen? 3^a. q. 71. 4. o.

Hæc fidè corroborat.) De effectu cõfirmationis, 3^a. q. 72. 1. & 7. o.

Eucharistia, est Sacramentum, in quo postquam sacerdos, secundum Ecclesiæ ritum ordinatus, panem & vinum verbis à Christo traditis consecrauit, verè & secundum substantiam suam totus Christus sub vtrauis specie continetur, pane in corpus eius, & vino in sanguinem, diuina virtute transmutatis. Per Eucharistiam hominis Christiani animus saluari veri corporis & sanguinis Domini reficitur alimento, Deoque gratum offertur sacrificium.

Eucharistia est.) De Eucharistia, 3^a. q. 73. & sequen. vsque ad q. 84^m.

Est sacramentum.) An Eucharistia sit sacramentum? 3^a. q. 73. 1. o.

Postquam sacerdos.) De ministro huius sacramenti, 3^a. q. 82. o.

An consecratio huius sacramenti sit propria sacerdoti? 3^a. q. 82. 1. o.

Panem & vinum.) De materia huius sacramenti, 3^a. q. 74. o.

An materia huius sacramenti sit panis & uinum? 3^a. q. 74. 1. o.

Verbis à Christo traditis consecrauit.) De forma huius sacramenti, 3^a. q. 63. o.

An hæc sit forma huius sacramenti, Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei? 3^a. q. 68. 1. & 2.

An prædictis verbis formarum sit aliqua uis creata effectiua consecrationis? 3^a. q. 68. 4. o.

Verè & secundum substantiam suam totus Christus.) An corpus Christi sit in hoc sacramento secundum rei veritatem, an verò solum secundum figuram? 3^a. q. 75. 1. o.

An totus Christus contineatur sub hoc sacramento? 3^a. q. 76. 1. o.

Sub vtrauis specie continetur.) An totus Christus contineatur sub utraque specie huius sacramenti? 3^a. q. 62. o.

Pæc in corpus eius.) An in hoc sacramento non remaneat substantia panis & uini post consecrationem? 3^a. q. 75. 2. o.

Per Eucharistiam hominis Christiani.) De effectibus huius sacramenti, 3^a. q. 79. o.

Deoque gratum offertur sacrificium.) An in celebratione huius sacramenti Christus immoletur? 3^a. q. 83. 1. o.

ADMONITIO SE V ANTIDOTVM, CONTRA GRASSANTEM NVNC SACRAMENTARIORVM PESTEM.

CHRISTVS Seruator noster, vñtatam & communi hominum iudicio approbatam sponsum (qui longum interingressuri, in memoriam sui, pretiosum aliquod mmoi non sponsis suis relinquere solent, seipos totos si possent, libentius relicturi) consuetudinem retinens atque obseruans, quum Ecclesiæ militanti sponsæ suæ (quam summa, & vt Beatus Paulus ad Ephesios 2. loquitur, nimia charitate diligebat) familiarem sui corporis præsentiam, consuetumque aspectum subtraheretur esset, quod habebat omnium pretiosissimum ei relinquere ac donare, ad perpetuam sui memoriam volens, quum seipso nihil haberet pretiosius, seipsum reuera secundum substantiam suam, totum & integrum in anima, carne, sanguine atque diuinitate ei relinquit. Vt testatur ipse, dum ait: Hoc est corpus meum. Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Hic est sanguis meus. Matt. 26. Mar. 14. Hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

Item Paulus, vbi dicit: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Et eodem loco: Reus erit corporis & sanguinis Domini.

PENITENTIA, Sacramentum est in quo per sacerdotis absolutionem peccata post baptismum commissà Christiano illa detestanti riteque confitenti remittuntur.

Cuius tres sunt partes, } Contritio, } Corde. } Confessio, } quæ fit } Ore. } Satisfactio, } Opere.

Penitentia.) De penitentia, 3^a. q. 84. vsque ad finem. & Sup. q. 1^a. vsque ad 29^m.

Sacramentum est.) An penitentia sit sacramentum? 3^a. q. 84. 1. o.

Per sacerdotis absolutionem.) An hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo? 3^a. q. 84. 1. o.

Peccata post baptismum commissà.) An penitentia sit secundata bula post naufragium? 3^a. q. 84. 6.

Quæ detestatur.) De contritione, Sup. q. 1^a. & sequen. vsque ad q. 6^m.

Riteque confessus fuerit.) De cõfessione, Sup. q. 6. vsq; ad q. 12^m.

De qualitate confessionis, Sup. q. 9. o.

Remittuntur.) De effectu penitentia, 3^a. q. 85. o.

Cuius tres sunt partes.) De partibus penitentia, 3^a. q. 90. 2. & 3. potissimum.

Contritio sit corde, &c.) 3^a. q. 90. 2. argumento primo.

EX TREMA VNCTIO, est Sacramentum quo per oleum sacrum & certas preces recreantur ægrotates; animi malis, si quæ in ijs reliqua sunt, sublati, & interdum etiam corporis sanitate restituta.

Extrema unctio.) De sacramento extremæ vnctionis, Sup. q. 29. & sequen. vsque ad q. 34.

Est sacramentum.) An extrema unctio sit sacramentum? Sup. q. 29. 1. o.

Per oleum sacrum.) An oleum oliuæ sit conveniens materia huius sacramenti? Sup. q. 29. 1. o.

An oporteat oleum esse consecratum? Sup. q. 29. 5. o.

Et certas preces.) De forma huius sacramenti, Sup. q. 29. 7. 8. 9.

Rec: eantur ægrotates.) De effectibus huius sacramenti, Sup. q. 30. o.

ORDO, est Sacramentum, quo ad Dei cultum, ministri Ecclesiæ consecrantur. Per hoc enim Sacramentum, velut ostium, necessarium est intrare legitimos dispensatores mysteriorum & eloquiorum Dei, nimirum, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & quotquot in sacris muneribus ritè & secundum ordinationem diuinam versari volunt.

Ordo.) De sacramento Ordinis, Sup. q. 34. vsque ad 41^m.

Est sacramentum.) An Ordo sit sacramentum? Sup. q. 34. 3. o.

Quo ad Dei cultum.] Cur in Ecclesia est Ordo, & Ordo quid? Sup. q. 34. 1. & 2.

MATRIMONIUM, est Sacramentum, indiuiua vitæ consuetudine maris & femina legitime inter se deuinciens, iisdemque gratiæ donum largiens, quo frenato concupiscentiæ impetu, genus humanum laudabiliter & sanctè conseruatur atque propagatur.

Matrimonium.) De Matrimonio, Sup. q. 41. vsque ad q. 69^m.

De causa appellationis matrimonii, Sup. q. 44. 1. o.

Est sacramentum.) An matrimonium sit sacramentum? Sup. q. 66. 42. 1. o.

Indiuidua vitæ.) Matrimonium quid? Sup. q. 44. o. & 21. 3. potissimum.

Iisdemque gratiæ donum.] An matrimonium conferat gratiam? Sup. q. 42. 3. o.

Genus humanum laudabiliter.] De bonis matrimonii. Sup. q. 49. o.

In quibus omnibus Sacramentis debet minister intentionem habere id agendi quod Christus instituit, & Ecclesia facit.

Hactenus de Sacramentis uti ratio, & breuitas catechismi postulare uidebatur. Si quis plura de hoc argumento breuiter comprehensa uidere velit, consulat nostra de Sacramentis ecclesiæ Axiomata, quæ iisdem his christophori Plantini typis, iam secundò excusa prodierunt in lucem: ibi quo suum explere possit desiderium (nisi nostra nos fallat opinio) abundè est inuenturus.

EPILOGVS AD CHRISTIANE PIETATIS STUDIOSOS ADOLESCENTES.

DOCTRINAE Christianæ, pij adolescentis, quinque summis capitibus, quæ initio huius libelli nobis tractanda proposueramus [videlicet, De Fide Spe, Charitate, Iustitiâ Christiana, atque Sacramentis] vt potuimus, clarissimè, breuissimè, & ad vestratam memoriamque accommodatissimè iam declaratis; superest nunc, vt quum à nobis vestri animi & corporis aternæ salutis adipiscendæ maximè sup-

editatum sit adiumentum, nequaquam vobis ipsi detis, sed postpositis omnibus alijs studijs & occupationibus, toto pectore, omniq; vigilantia in eam incumbatis curam, vt quæ hoc libello continentur, primùm intelligas, intellecta que fideli mandetis memoria: deinde, vt eadem, mente iamque memoria cõprehensa, per diuinum auxilium (quod sincerè & feruenter petentibus non negabitur) vita atque moribus exprimat. Ita fiet vt & ego meis laboribus positum finem assequar, & vos aternæ vitæ felicitatem, qua nihil delectabilius, nihil præstabilius vel dici vel cogitari potest, consequamini. Valet.

FINIS.

CATALOGUS PHILOSOPHORUM, ORATORUM

atque poetarum, Pontificum, Conciliorum, Doctorum, quorum auctoritatibus, decretis, definitionibus, testimonijs, sparsim S. Doctor Thomas videtur nititur, in praclaro opere Summae suae Theologicae.

**PHILOSOPHI SEU ORATORES,
ET POETAE.**

Aristoteles.
Algazel.
Alexander.
A dronicus.
Aristo hines.
Ave trois.
Aviceenna.
Auenpace.
Avicebion.
Boetius.
Caius Iurisconsultus.
Democritus.
Empedocles.
Epicurus.
Euclides Geometer.
Gilbertus Porretanus.
Heraclitus.
Horatius poeta lyricus.
Iura ciuilia.
Iulius Caesar de bello Gallico historicus.
Leucippus.
Liber de causa.
Liber stratagematum Francorum.
Macrobius super somnium Scipionis.
Marcus Tullius Cicero, Orator.
Quidius Naso.
Plato.
Peripatetici.
Plotinus.
Pittacus Mitylenzus.
Porphyrius.
Pythagoras.
Ptolemzus Astronomus.
Seneca Orator.
Sallustius historiographus.
Simplicius.
Socrates.
Sophista.
Scroici.
Strabus.
Terentius poeta Comicus.
Titus Livius historicus.
Trimegistus.
Varro.
Valerius Maximus Orator.
Vegetius de re militari.
PONTIFICES.
Adrianus papa.
Alexander primus martyr.
Alexander tertius.
Anacletus martyr.
Agatho papa.
Bonifacius papa.

Calixtus martyr.
Celestinus tertius.
Clemens martyr.
Damasus papa.
Eusebius papa.
Fabianus martyr.
Felix papa.
Gregorius primus.
Gregorius septimus.
Gelasius martyr.
Honorius tertius.
Hormisda papa.
Iohannes papa.
Innocentius secundus.
Innocentius tertius.
Iulius papa.
Leo primus.
Leo quartus.
Lucius tertius.
Martinus papa.
Marcellus martyr.
Nicolaus papa.
Paschalis papa.
Pelagius papa.
Pius papa.
Sergius papa.
Sother martyr.
Stephanus martyr.
Stephanus quintus.
Sylvester papa.
Symmachus papa.
Telephorus martyr.
Urbanus martyr.
Urbanus secundus.
Zepherinus martyr.

CONCILIA.

Constantinopolitana.
Niczna.
Toletana.
Arausicanum.
Ephesinum.
Meldense.
Aurelianense.
Chalcedonense.
Lateranense.
Carthaginense quartum.
Vuormaciense.
Agathense.
Triburienense.
Africanum.
Remense.
Arelatense.
Militanum.
Ancyritanum.
Moguntinum.

DOCTORES.

Ambrosius.
Anselmus.
Augustinus.
Athanasius.
Antonius in sermone ad monachos.
Basilius Magnus.
Bernardus.
Beda Venerabilis.
Benedictus in regula sua.
Canones apostolorum.
Cassianus de institutis cenobiorum.
Cyrillus.
Chrysostomus.
Cyprianus.
Collationes patrum.
Damasceus.
Decreta.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Alexandrinus.
Didymus.
Eusebius Emisensis.
Eusebius Caesariensis.
Glosa ordinaria.
Glosa inter linearis.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssenus.
Gregorius Magnus.
Gratianus.
Hebraica veritas.
Hesychius super Leuiticum.
Hieronymus.
Hilarius.
Hugo de S. Victore.
Ignatius.
Isidorus.
Itinerarium Clementis.
Maximus commentator Dionysii.
Liber de infantia Saluatoris, sed apochryphus.
Leo primus.
Liber Sententiarum Prosperi.
Maximus Episcopus.
Magister Sententiarum, seu Petrus Lombardus.
Origenes.
Prosper de vita contemplativa.
Prepositius.
Rabbi Moses Iudeus.
Rabanus.
Remigius.
Richardus de S. Victore.
Seuerianus.
Vite sanctorum patrum.